

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 5152

**Auteur(s) :** Alexandre III [pape]

**Bénéficiaire(s) :** Guillaume, Feings, Le Valdieu-Réno (prieur)

**Genre d'acte :** bulle

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1180, 20 novembre

**Lieu d'émission :** Tusculum

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le pape Alexandre [III] confirme les biens et les droits du prieuré du Val-Dieu.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 206, p. 307-308.

Texte établi d'après a

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Guillermo priori monasterii de Ualle Dei eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Piae postulatio etc. Eapropter etc. Imprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cartusiensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Praeterea quascumque possessiones infra terminos secundum statuta uestri ordinis designatos seu quaecumque alia bona etc. In quibus haec propriis duximus exprimenda uocabulis : locum ipsum, in quo praeformatum monasterium situm est, cum terminis et pertinentiis suis, qui termini hoc ordine distinguuntur : ex orientali parte Mons Ferratus usque in superiori parte eiusdem montis, a meridiana parte uia, quae transit per nemus de Raisno et separat partem uestram a parte comitis, usque ad locum, qui dicitur Pons Carnotensis, ubi transit aliquantum flumen, quod dicitur Visleta, inde trans flumen ascendit ad locum, qui dicitur Coldreis, inde ascendit ad molendinum, quod dicitur Sibout, ubi transit flumen Comelechia, et ascendit in Montem Ferratum, partem etiam nemoris de Raisno, quam comes Pertici Retrolodus uobis in elemosinam donauit, quicquid etiam iuris in eodem nemore Galerannus de Pino habebat et Guillelmus Forestarius, quod comes ab eis emit et uobis donauit, partem etiam Hugonis de Castello, quam ipse uobis in elemosinam concessit, nemus Rogeri, quod uobis Hugo de Corsesaut uendidit, terram Mariae de Berlauiler, quae iuxta domum uestram est, quam ipsa uobis concessit suorum filiorum assensu, terram Iuonis de Fraite, quam ipse uobis uendidit uoluntate suorum filiorum et etiam dominorum suorum, terram, quam Hugo Inars assensu filiarum et nepotum suorum uobis in elemosinam dedit et terram, quam Radulfus Charueh uobis uendidit. Sane laborum etc. Liceat quoque uobis personas etc. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum etc. Paci quoque etc. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolicae auctoritate. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Amen. Amen.  
R. Ego Alexander catholicae ecclesiae episcopus.  
Ego Hubaldus Hostiensis et Velletriensis episcopus.  
Ego Theodinus Portuensis et sanctae Rufinae sedis episcopus.

Ego Ioannes presb. card. sanctorum Ioannis et Pauli tit. Pamachii.  
Ego Petrus presb. card. tit. sanctae Susannaæ.  
Ego Viuianus presb. card. tit. sancti Stephani in Celio monte.  
Ego Cinthius presb. card. tit. sanctæ Ceciliae.  
Ego Mathaeus presb. card. tit. sancti Marcelli.  
Ego Laborans presb. card. sanctæ Mariae trans Tiberim tit. Calixti.  
Ego Iacintus diac. card. sanctæ Mariae in Cosmidin.  
Ego Rainerius diac. card. sancti Georgii ad uelum aureum.  
Ego Gratianus sanctorum Cosmae et Damiani diac. card.  
Ego Mathaeus sanctæ Mariae nouae diac. card.  
Dat. Tusculan. per manum Alberti sanctæ Romanae ecclesiae presbiteri cardinalis et cancellarii XII kal. decembris,  
indictione XIV, incarnationis dominicae anno M.C.LXXX<sup>o</sup>, pontificatus uero domini Alexandri pape IIIi anno  
XXII.